



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Arbor Vitæ Sive Vita Et Doctrina Christi**

Ex Quatuor Evangeliiis In Meditationes Quotidianas Veluti Totidem Ramos  
Distributa

**Ilsung, Jakob**

**Dilingæ, 1693**

Meditatio CCCLXVI. Continuatio Prædicationis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60727](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60727)

ris Exemplum præeuntis, agnoscet te , ut dirigat te ,  
 & pascat , vitamque tuam servet , & protegat con-  
 trarapaces lupos , & insidias Diaboli.

PUNCT. III. *Pater meus , quod dedit mihi ( communica-  
 nando suam Naturam Divinam ) majus omnibus est  
 ( id est , omnibus rebus creatis ) & nemo potest rapere de  
 Manu Patris mei : nemo enim per suam infidelitatem ,  
 vel invidiam potest eripere id , quod mihi dat , quo  
 minus sim Filius Dei Naturalis . Sic etiam Gratia  
 Adoptionis in Filium Dei est majus Bonum omnibus  
 bonis creatis ; & hanc nemo potest eripere , nisi ipsi  
 velimus eam perdere per consensum in peccatum .  
 Ego & Pater Vnum sumus . v. 30. Scilicet sumus Unum  
 per eandem Naturam . Nos sumus Unum per Gra-  
 tiam , quâ reddimur consortes Divinæ Naturæ . Ita-  
 que idem etiam sentiamus , & idem velimus , & o-  
 mnem separationem ac divisionem horreamus .*

## MEDITATIO CCCLXVI.

*Continuatio Prædicationis.*

Joan. 10. v. 31.

PUNCTUM I. *Sustulerunt ergo lapides Judæi , ut lapi-  
 darent eum . Respondit eis JESVS: Multa Bona Opera  
 ostendi vobis ex Patre meo : propter quod eorum Opus me la-  
 pidaris ? Joan. 10. v. 31. Hóccine meis Naturæ vires  
 excedentibus Operibus , ac Beneficijs à vobis prome-  
 ritus sum , ut me lapidare velit ? Simili modo Deus  
 ex nobis querere posset : Hóccine meis Beneficijs  
 promeritus sum , ut me vestris peccatis quotidie im-  
 petere , atque obruere non vereamini ? At tu non si-  
 mili*

334 *Ab Octava SS. Corp. Christi usque ad Adventum.*

mili modo retribuas D E O mala pro Bonis. Si ven  
turæ  
homines mala pro beneficijs tuis tibi reddant, cogit  
conf  
Discipulum non esse supra Magistrum, & te non e  
majorem Domino tuo.

PUNCT. II. *Responderunt ei Iudei: De Bono Op  
non lapidamus te, sed de blasphemia: & quia tu homo a  
sis, facis te ipsum DEV M. v. 33.* Contrarium fecit Chri  
stus: nempe cum Devs esset, fecit seipsum hominem.  
*Quia Cum in Forma DEI esset, non rapinam arbitraus es  
esse se aequalem D E O, sed semetipsum exinanivit, in simili  
tudinem hominum factus, & habitu inventus, ut homo.*  
Philipp. 2. v. 6. Verum nos, sicut primi Parentes no  
strí volebant esse sicut Dij, sic per congenitam super  
biā semper volumus esse majores, quam simus. Im  
tare ergo Christum pro superbia tua satisfacientem  
& infra omnes te demitte: nec super quenquam effer.  
Et quia soli D E O debetur Honor & Gloria  
cave, ne te Devm facias, haec tibi appetendo.

PUNCT. III. *Respondit ei JESVS: Nonne scriptur  
est in Lege vestra: quia ego dixi: Dij estis? Si illos dixa  
DEOS, ad quos Sermo DEI factus est, & non potest solvi  
Scriptura: quem Pater Sanctificavit, & misit in Mundum  
vos dicitis: quia blasphemas: quia dixi; Filius DEI sum.  
Si non facio Opera Patris mei, nolite credere mihi: si autem  
facio, & si mihi non vultis credere, Operibus credite. V. 34*  
Sicut Christus ex eo, quia à Patre Sanctificatus est  
per Sanctitatem increatam Naturæ Divinæ, & crea  
tam, scilicet per Gratiam Sanctificantem, sibi spe  
ciali jure debitam, ostendit, se Filium DEI esse, adeo  
que Devm: sic illud: *Dixi: Dij estis: cura, ut de te cum  
veritate dicatur per semper inhærentem tibi Gra  
tiam Sanctificantem, quā evadis consors Divinæ N*  
*Et c  
turæ*

Si ver  
turæ: & ut Opera , Filij DEI propria , hanc veritatem  
confirment. Deinde perpende , quod , sicut Opera  
Miraculosa Christi merebantur Fidem , sic Opera Me-  
ritoria , & Satisfactoria mereantur Charitatem. Intui-  
tuorum nobis re ipsa dicit : Si me non vultis amare  
propter me , abstrahendo à meis Operibus , & Bene-  
ficijs , propter Opera & Beneficia præstata amate.

## M E D I T A T I O CCCLXVII.

## De Inventione Ovis perdite.

Luc. 15. v. 1.

PUNCTUM I. Erant autem appropinquantes ei Publica-  
ni , & peccatores , ut audirent illum. Et murmurabant  
Pharisæi & Scribae dicentes : Quia hic peccatores recipit , &  
manducat cum illis. Luc. 15. v. 1. Non Pharisæos &  
Scribas , sed ipsos peccatores imitare , quos peccando  
secutus es. Appropinqua DEO per Pænitentiam , &  
audi illum per Obedientiam Mandatorum , ac pete  
inter peccatores recipi in Sinu Divinæ Misericordiæ ,  
quia DEVS peccatores recipit : Cor enim Contritum , &  
Humiliatum non despiciet , & cum receptis in Gratiam  
manducabit , sive in Mensa Eucharistica , sive in Mensa  
Cælesti , ubi transiens etiam ministrabit illis ; sive in  
Mensa Spiritualis Solatij : Secura enim Mens , quasi  
Juge Convivium.

PUNCT. II. Et ait ad illos Parabolam istam , dicens :  
Quis ex vobis homo , qui habeat centum oves , & si perdi-  
dit unam ex illis , nonne dimittit nonaginta novem in deserto ,  
& rudit ad illam , quæ periérat , donec inveniat eam ? v. 3.  
Et cùm invenierit eam , imponit in humeros suos gaudens .

v. 5.